



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

X. Bischof Heinrich's von Havelberg Ablassbrief für die Marien-Kirche zu Halberstadt, vom Jahre 1284.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de abundanta pietatis sue, que supplicum preces excedit et vota multo maiora tribuat, quam valeant promereri, Volentes tamen nihilominus populum Domino reddere acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quibusdam muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus invitare. Cupientes igitur, ut Ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad Ecclesiam ipsam in Die Dedicationis et in anniversario ipsius et omnibus festis Domine nostre et in Die Patroni, scilicet Andree Apostoli, reverenter acceperint, XL dies et unam carenam de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum anno domini MCCLXXX.

Aus einem das Stift Halberstadt betreffende Urkunden enthaltenden Copiarum im Magdeburger Provinzial-Archiv.

IX. Bischof Heinrich's von Havelberg Ablassbrief für die Predigermönche in Halberstadt, vom Jahre 1282.

Hinricus, dei gracia Havelbergenfis ecclesie episcopus, Dilectis in christo fratribus ordinis predicatorum in halberstat salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantia pietatis sue, que preces supplicum excedit et vota bene seruiantibus multa maiora tribuat, quam valeant promereri; volentes tamen nihilominus populum domino reddere acceptabilem, fideles christi ad complacendum ei quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus inuitamus, ut exinde diuine gracie reddantur aptiores. Cupientes igitur, ut ecclesia uestra congruis honoribus frequentetur, omnibus fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam in die dedicationis, In festiuitatibus beate virginis, in festis patronorum, scilicet beati pauli apostoli et beate Katherine, in utroque festo beati Dominici, in festo beati petri martiris et beati augustini et per octauas omnium supradictorum solempnitatum et in die parasceues reuerenter acceperint, XL dies et vnam carenam de iniuncta sibi penitentia sub ratihabitione venerabilis patris halberstadenfis episcopi misericorditer relaxamus. Datum anno domini M°. CC°. LXXXII°.

Nach dem Original des Dominicaner-Klosters zu Halberstadt No. 26 im Provinzial-Archiv zu Magdeburg.

X. Bischof Heinrich's von Havelberg Ablassprivilegium für die Marien-Kirche zu Halberstadt, vom Jahre 1284.

Heinricus, dei gratia havelbergenfis Episcopus, vniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis presencium prosperitatem cum felicitate perhenni. Cum inter holocausta uirtu-

tum id laudabilius et acceptabilius deo credatur, quod de medulla cordis ac pinguedine caritatis offertur, ad promouendum ea diuini sunt cultus tanto studiosius unusquisque fidelium debet intendere, quanto immenius a retributore omnium bonorum Ihesu christo celestis glorie se sperat premium adipisci; volentes igitur, ut ecclesia beate marie virginis gloriose in halberstat congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et Confellis, qui ad ipsam in quatuor festiuitatibus beate uirginis, uidelicet in festo assumptionis, In natiuitate beate uirginis gloriose, In festo purificationis et annuntiatione cum deuotione acceperint aut eciam ad structuram ipsius ecclesie pias largiti elemosinas fuerint, Auctoritate dei et beatorum apostolorum petri et pauli confisi quadraginta dies et vnam Karrenam de iniunctis sibi penitenciis sub ratihabitione dyocesani episcopi misericorditer relaxamus, Eandem gratiam omnibus ad predictam ecclesiam infra octauas et in octauis predictarum festiuitatum accedentibus concedentes. Datum anno domini M°. CC°. LXXXIII°.

Nach dem Original im Provinzial-Archiv zu Magdeburg.

XI. Bischof Arnold von Havelberg bestätigt den Altar des heiligen Geistes zu Prizwalck,
am 24. Juni 1306.

Nos Arnoldus, Dei gracia Havelbergenfis Ecclesie Episcopus, presentibus lucide recognoscimus potestando, quod nos vidimus et legimus literas consulum et scabinorum civitatis Prizwalck suis sigillis et Domini Heyzonis de Cracow sigillatas, super fundatione et dotatione altaris sancti spiritus ibidem in hec verba. Universis christi fidelibus presentem paginam percepturis consules et scabini civitatis Prizwalck atque de consensu Benivolo et promotione plebani nostri Heyzonis de Cracow domum altaris sancti spiritus in nostra civitate Prizwalck instaurando edificavimus et melius edificare intendimus in futurum, Saluo tamen jure plebani, Id est quod Oblationes, que in altari predictae domus offeruntur, ipsi plebano totaliter deriuentur, et Officians nichil juris in oblationibus retinebit; Insuper nolumus ignorare, quod Dominus Johannes de Werben, qui altare sancti spiritus jam officiat, de Patrimonio suo ipsum duobus talentis et scabini duobus talentis annuo persolvendis dotaverunt, Et nos ex parte civitatis Prizwalck alij quatuor talentis annuatim dandis Domino Johanni de Werben et suis successoribus ipsum altare dotaui in nomine Jesu Christi, Ita quod in festo Natiuitatis Domini duo talenta, In festo Pasche duo talenta, In Natiuitate Johannis Baptiste duo talenta, et in festo Martini duo talenta Domino Johanni de Werben et successoribus suis nos et successores nostros perpetuis temporibus obligamur. Et ut Plebano nullum fieret prejudicium placuit plebano, quod consules ciuitatis Prizwalck ad idem altare quando vacaret presentarent personam ydoneam, de suo et suorum successorum consensu. Insuper placuit Plebano ut sub priori missa, que in Parochia dicitur, preter festum Natiuitatis, festum Pasche et festum Pentecostes sub festo quatuor Marie, Michaelis, commemorationis animarum, In quibus festis post Offertorium summe Misse predictae Domus sancti spiritus missa extat celebranda, missa celebretur. In cuius rei testimonium presentes literas dedimus sigillo nostro et plebani nostri roborantes. Datum Prizwalck, Anno Domini M°. CCC°. VI°. in Dominica Mi-